UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 Vtrum timor sit donum Spiritussancti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

pro quanto ibi dicitur, quòd timor initialis timet pænam pro quã to habet aliquid de timore ſeruili adiunctum, arguit, quia impoſſibile eſt duos actus cognoſcendi ſimul eſſe in eadem potentia cognitiua, ut alibi probatum eſt: & ſimiliter duo actus appetendi non poſſunt ſimul eſſe in eadem potentia appetitiu a. Contra proceſſum uero illum, q̃a uidetur repugnantia dicere ſcilicet quod timor initialis imperet actum propter fugam culpæ & pęnæ: & quod timor initialis non timeat eliciti ue pœnam. Et probatur repugnantia, quia potentia nullum actum imperat, niſi mediante actu elicito. Si ergo imperat ꝓpter utrumque, habet ergo actum elicitum circa utrumque.
Ca. pau- me- dein 9.
¶ Ad hæc dicitur ordinate. Et ad primum quòd falſum eſt, ꝙ obiectum timoris initialis ſit utrumque malum, ſcilicet culpæ & pœnæ, ſed culpæ tantum. Et ſic quando inuenitur apud doctores hoc, ut etiam inuenit apud authorem in artic. 2. huius quæſtionis in corpore articuli, interpretandum eſt iuxta reſponſionem ad ſecũdum hoc in loco, ſcilicet quòd non ratione ſui, ſed ratione adiuncti ſibi timoris ſeruilis, actus ſuꝰ reſpicit alterum malum, ſcilicet pœnæ: alterum autem, ſcilicet culpæ, rõne ſui. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſicut cõtingit in intellectu eſſe ſimul plures actus intelligendi in ordine ad unum, ita etiam in appetitu contingit ſimul eſſe plures actus appetendi. Et ſic eſt in propoſito, quia timor pœnæ, & timor culpæ in ordine ad Dei conuerſionem concurrunt.
Ca. ter & 9.
¶ Ad tertium autem, quamuis non ſit contra præſentis operis doctrinam, quia tamen illa hic expoſita eſt, reſpondetur, quod timorem initialem imperare ꝓpter utrumque malum, actum aliquem, poteſt dupliciter intelligi. Primò ratione ſui ſolius, & iuxta hunc ſenſum procedit argumentum, ſed non militat contra authorem. Alio modo ratione ſui, & adiuncti timoris ſeruilis, & in hoc ſenſu intendit hoc author, ut tam hic, quam ibi

A in reſponſione ad primum explicite declarauit. Et iuxta hunc ſenſum nihil ualet argumentum: quoniam timor initialis imperans eſt non ſolus unus timor, ſed complectitur utrumque, ſcilicet initialem, principalem, & ſeruilem ut miniſtrum, ſeu adiuuantem. ¶ In eodem artic. 8. in reſponſione ad ſecundum aduerte, quòd timor ſeruilis ſecundum ſuam ſubſtantiã habet multos actus: & quantum ad propoſitũ ſpectat, duos, ſcilicet timere pœnã oppoſitam proprio bono timentis abſolute, & timere pœnam eandem, ut rationem operandi. Facit, uerbi gratia, quandoque timor nos timere pœnam gehennæ abſolute: quandoque autem facit nos ſic timere pœnam gehennę, ut ex iſto timore moueamur ad bene agendum, ut illam ſcilicet gehennam euadamus. Iſte ſecundus actus eſt q̃ adiungitur timori initiali, & charitati imperfectę: ita quòd timor initialis imperat talem actum, & utitur illo in ordine ad finem ſuum ſanctum, qui eſt ſubiici Deo: ſed adueniente charitate perfecta ceſſat ille actus, quoniam perfecti in charitate non mouẽtur ad operandum ex timore proprii mali, cùm proprium bonum pro nihilo habeant, ſed ex amore Dei, & timore ex parte Dei. Primus uerò actus cum perfecta charitate, uię tamen, ſtare poteſt, quãuis minimꝰ, eo quòd creſcente charitate minuitur, ut in artic. 10. huius quæſtionis dicitur.

Li. 2. Metatex. 7. tom. 5

3. diſt. 34. q. 2. art. 1. q. 3. & art. 2. q. 1. Et Rom 8. lect. 3.

Li. 2. Mo. c. 36. parum ante med.

Li. 2. Mor. c. 36.

¶ *Super quæſtionis decimanona Articulum nonum.*

IN arti. 9, eiuſdem quęſt. duo notanda occurrunt. Primò, ut ad hunc locum recurras, cùm quæſtio occurrit, An timor ſit uirtus: quoniam ut in art. patet, author de dono loquitur, ut diſtinguitur contra uirtutem, & ſic diſcutit. Secundò, quòd in reſponſione ad ſecundum dicitur, quòd per uirtutem ſpei non ſolum innitimur diuino auxilio ad conſequẽda quæcumque alia bona, ſed ad adipiſcendum ipſum, tanquam principale bonum. Hinc enim uidere

* Ar. 2. huiꝰ quæſt.

† c. 18. declinando ad finem, tom. 7

† Matth. 10.

* Ca. 57. ante med. tom. 7.

morem ſeruilem, & timorem filialem: ergo differt & a filiali, & à ſeruili.

Sed contra eſt, quod perfectum & imperfectum non diuerſificant ſubſtantiam rei: ſed timor initialis, & filialis differunt ſecundum perfectionem & imperfectionem charitatis, ut patet per B Augu.* ſuper i. Can. Ioan. ergo timor initialis non differt ſecundũ ſubſtantiam a filiali.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ timor initialis dicitur ex eo, quòd eſt initium: ſed cùm & timor ſeruilis, & timor filialis ſint aliquo modo initium ſapientiæ, uterque põt aliquo modo initialis dici. Sed ſic nõ accipitur initialis, ſecundum q̃d diſtinguitur a timore ſeruili, & filiali, ſed accipitur ſecundũ quod competit ſtatui incipientium, in quibus inchoatur quidam timor C per inchoationem charitatis. Nõ tamen ineſt eis timor filialis perfecte, quia nondum peruenerunt ad perfectionem charitatis, & iõ timor initialis hoc modo ſe habet ad filialem, ſicut charitas imperfecta ad perfectam. Charitas aũt perfecta, & imperfecta non differũt ſecundum eſſentiam, ſed ſolum ſecundum ſtatum. Et ideo dicendum eſt, ꝙ etiam timor initialis, prout hic ſumitur, non differt ſecundũ eſſentiam a timore filiali. D

Ad primum ergo dicẽdũ, quòd timor, qui eſt initium dilectionis, eſt timor ſeruilis, qui introducit charitatem, ſicut ſeta introducit linum, ut Augu. * dicit. Vel ſi hoc referatur ad timorẽ initialem, dicitur eſſe dilectionis initium, non abſolute, ſed quantum ad ſtatum charitatis perfectæ.

Ad secundum dicendũ, quòd timor initialis nõ timet pœnam ſicut proprium obiectum, ſed inquantum habet aliquid de timore ſeruili adiunctum, qui ſe- E cundum ſubſtantiam manet quidem cum charitate, ſeruilitate remota: ſed actus eius manet quidẽ cum charitate imperfecta in eo, qui non ſolum mouetur ad bene agendum ex amore iuſtitię, ſed etiam ex timore pœnę. Sed iſte actus ceſſat in eo, qui habet charitatem perfectam, quę foras mittit timorem habentem pœnam, ut dicitur primæ. Ioan. 4.

Ad III. dicẽdũ, quòd timor initialis eſt medium inter timorẽ ſeruilem, & filialem, non ſicut inter ea, quæ ſunt unius generis, ſed ſicut imperfectum eſt medium inter ens perfectum, & non ens, ut dicitur in 2.* Metap. Quod tamen eſt idem ſecundum ſubſtantiam cum ente perfecto: differt autem totaliter a non ente.

B

Articvlvs IX.

Vtrum timor ſit donum Spiritusſancti.

AD nonvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ timor non ſit donũ Spiritusſancti. Nullum. n. donũ Spiritusſancti opponitur uirtuti, quæ etiam eſt a Spiritusſancto, alioquin Spiritusſãctus eſſet ſibi contrarius: ſed timor opponitur ſpei, quę eſt uirtus. ergo timor non eſt donum Spiritusſancti.

¶ 2 Præ. Virtutis theologicæ proprium eſt, quòd Deum habeat ꝓ C obiecto: ſed timor habet Deum pro obiecto, inquantum Deus timetur. ergo timor non eſt donũ, ſed uirtus theologica.

¶ 3 Prę. Timor ex amore conſequitur: ſed amor ponitur quædã uirtus theologica. ergo etiam timor eſt uirtus theologica, quaſi ad idem pertinens.

¶ 4 Præt. Greg.* dicit 2. Moraliũ, ꝙ timor datur cõtra ſuperbiam: ſed ſuperbiæ opponitur uirtus D humilitatis: ergo etiam timor ſub uirtute comprehenditur.

¶ 5 Præte. Dona ſunt perfectiora uirtutibus. dantur. n. in adiutoriũ uirtutum, ut Greg.* dicit 2. Moralium: ſed ſpes eſt perfectior timore, quia ſpes reſpicit bonum, timor malũ. cùm ergo ſpes ſit uirtus, non dẽt dici, quòd timor ſit donum.

Sed contra eſt, quod Iſa. 11. Timor Domini enumeratur inter ſeptem dona ſpiritusſancti.

Respon. Dicendum, ꝙ multiplex eſt timor, ut ſupra* dictum E eſt. Timor autem humanus, ut dicit Aug. in lib.† de Gratia & libe. arbit. non eſt donum Dei: hoc enim timore Petrus negauit Chriſtum: ſed ille timor, de quo dictum † eſt. Illum timete, qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam. Similiter etiam timor ſeruilis non eſt numerandus inter ſeptem dona Spiritusſancti, licet ſit a Spiritusſancto: quia ut Auguſt. dicit in lib * de Natura & gratia, põt habere annexam uoluntatem peccandi.

dere potes, quàm bene dictum ſit, quod Deus ipſe eſt principale bonum noſtrū, & nō ſolum effectus eius, qui inter quæcū que alia bona computantur.

2l2.q.68.a.5.

†1.2.q.68.ar.1.& 2.

F Dona autem ſpiritusſancti nō poſſunt eſſe cum uoluntate peccati: quia non ſunt ſine charitate, ut dictum† eſt. Vnde relīquitur, quòd timor Dei, qui numerat̄ inter ſeptē dona Spiritusſancti, eſt timor filialis, ſiue caſtus. Dictum† eſt.n. ſupra, ꝙ dona ſpiritusſancti ſunt quædam habituales perfectiones potentiarum animę, quibus reduntur bene mobiles a ſpiritu ſancto, ſicut uirtutibus moralibus potentię appetitiuæ redduntur bene mobiles a ratione. Ad hoc autem, ꝙ aliquid ſit bene mobile ab aliquo mouente, primo requiritur, ut ſit ei ſubiectum, non repugnans, quia ex repugnantia mobilis ad mouens impeditur motus. G Hoc autem facit timor filialis, uel caſtus, inquātum per ipſum Deum reueremur, & refugimus nos ipſi ſubducere. Et ideo timor filialis, quaſi primum locū tenet aſcendendo inter dona ſpiritusſancti, ultimū autem deſcendendo, ſicut Aug.* dicit in lib. de ſermone Domini in monte.

L1.c.9.ante mediū to.4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd timor filialis non contrariatur uirtuti ſpei. Non enim per timorem filialem timemus ne nobis deficiat, qđ ſperamus obtinere per auxilium diuinum, ſed timem⁹ ab hoc auxilio nos ſubtrahere. Et ideo timor filialis, & ſpes ſibiinuicem coherēt, & ſe inuicem perficiūt.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ proprium & principale obiectum timoris eſt malum, quod quis H refugit. Et per hunc modum Deus non poteſt eſſe obiectum timoris, ſicut ſupra dictum * eſt. Eſt autem per hunc modum obiectum ſpei, & aliarum uirtutū theologicarum: quia per uirtutem ſpei non ſolum innititur diuino auxilio ad adipiſcendum quæcunque alia bona, ſed principaliter ad adipiſcendum ipſum Deum, tanquam principale bonum. Et idem patet in aliis uirtutibus thoelogicis.

Ar.1. hu⁹ q.

Ad tertivm dicendum, quòd ex hoc, quòd amor eſt principium timoris, non ſequitur quòd timor Dei non ſit habitus diſtinctus a charitate, quæ eſt amor Dei: quia amor eſt principium omnium affectionū, & tamen in diuerſis habitibus perficimur circa diueſas affectiones in Deo. Et ideo amor ma- I gis habet rationem uirtutis, quàm timor: quia amor reſpicit bonum, ad quod principaliter virtus ordinatur ſecūdum propriam rationem, ut ex ſupradictis* patet. Et propter hoc etiam ſpes ponitur uirtus. Timor autem principaliter reſpicit malum, cuius fugā īportat. uñ eſt aliquid minus uirtute theologica.

.2.q.55.ar.3

Ad qvartvm dicendum, quòd ſicut dicitur Eccle.10. Initium ſupbię hominis apoſtatare a Deo, hoc eſt, nolle ſubdi Deo, quod opponitur timori filiali, qui Deum reueretur. Et ſic timor excludit principium ſuperbiæ, propter quod datur, ſcilicet cōtra ſuperbiā. Nec tñ ſequitur, quòd ſit idem cum uirtute humilitatis, ſed quòd ſit principium ei⁹. Dona.n. ſpiritusſancti ſunt principia uirtutum intellectualiū K & moralium, ut ſupra dictum* eſt: ſed uirtutes theologicæ ſunt principia donorum, ut ſupra† habitum eſt. Vnde patet reſponſio ad quintum.

*1.2.q.68.ar.5 & 8.
†1.2.q.68 a.4.ad 3.

¶ *Super Quæſtionis decimanona Articulum decimum.*

3 di.34.q.2.ar.3 q 3, Et pſal.18.

In articulo decimo eiuſdem quæſtionis dubium occurrit ex Durando

Articvlvs x.

Vtrum creſente charitate, diminuatur timor.

Ad decimvm ſic proceditur. Videtur ꝙ creſcente charitate diminuatur timor. Dicit enim Auguſt. ſuper 1. Cano.* Ioan. Quantum charitas creſcit, tantum timor decreſcit.

¶ 2 Præt. Creſcente ſpe diminuitur timor: ſed creſcente charitate creſcit ſpes, ut ſupra † habitum eſt. ergo creſcente charitate diminuitur timor.

¶ 3 Præt. Amor importat vnionem, timor autem ſeparationē: ſed creſcente unione diminuitur ſeparatio. ergo creſcente amore charitatis diminuitur timor.

Sed contra eſt, quod dicit Aug.* in lib. 83. quæſt. ꝙ Dei timor non ſolum inchoat, ſed ēt perficit ſapientiam, ideſt, quę ſumme diligit Deum, & proximum tamquàm ſeipſum.

Respon. Dicēdum, quòd duplex eſt timor Dei, ſicut dictum * eſt, unus quidem filialis, quo quis timet offenſam patris, vel ſeparationem ab ipſo: alius autem ſeruilis, quo quis timet pœnam. Timor autem filialis neceſſe eſt, quòd creſcat creſcente charitate, ſicut effectus creſcit creſcēte cauſa. Quantò enim aliquis magis diligit aliquem, tantò magis timet eum offendere, & ab eo ſeparari: ſed timor ſeruilis quātum ad ſeruilitatem, totaliter tollitur charitate aduениente, remanet tamen ſecundum ſubſtantiā timor pœnæ, ut dictum * eſt. Et iſte timor diminuitur charitate creſcente, maxime quantum ad actum: quia quantò aliquis magis diligit Deum, tantò minus timet pœnam. Primò quidē, quia minus attendit ad proprium bonum, cui contrariatur pœna. Secundò, quia firmius inhærēs magis confidit de præmio, & per cōſequens minus timet de pœna.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ Aug. loquitur de timore pęnę.

Ad secvndvm dicendum, quòd timor pœnæ eſt, qui diminuitur creſcente ſpe: ſed ea creſcente creſcit timor filialis: quia quantò aliquis certius expectat alicuius boni conſecutionem per auxilium alterius, tantò magis ueretur eum offendere, vel ab eo ſeparari.

Ad tertivm dicendū, quòd timor filialis non importat ſeparationem, ſed magis ſubiectionem ad ipſum. Separationem autem refugit a ſubiectione ipſius: ſed quodammodo ſeparationem importat per hoc, quòd non præſumit ſe ei adæquare, ſed ei ſe ſubiicit, quæ etiam ſeparatio inuenitur in charitate, inquā tum diligit Deum ſupra ſe, & ſupra omnia. vnde amor charitatis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN